

ADNOTATIONES
HISTORICÆ

Dc

ORIGINE, ANTIQVITATE, EXCELLENTIA,
HEROICI AC CELEBERRIMI
IN REGNO POLONIÆ ORDINIS
EQUITUM AQUILÆ ALBÆ.

Per

Sacram Regiam Majestatem Orthodoxam

AUGUSTUM II.

è diversis revolutionibus

VINDICATI

NEC NON

CIRCA INITIA PRÆSENTIS SÆCULI

ad amplissimū præcipui Honoris splendorem

intra & extra Regnum



SUBLIMATI

AUTHORE

JOANNE FRIDERICO S. R. I. Comite in Kodes SAPIE-
HA Castellano Trocensi, Præfetto cum Jurisdictione Palatina-
tûs Brestiensis, Marschalco Supremi Tribunalis Magni Duce-
tûs Lituania, ejusdem Ordinis Equite.

accessit COROLLARIUM celebriores in Christianitate Ordī
nunc vel olim florentes succinctè enumerans.

COLONIÆ apud Adamum Gholinum. 1730.



Cherubini seu JESU In Svecia fuit Ordo Equitum, quorum Torques duplex Imaginibus Seraphinorum, & Cherubinorum invicem sese contingentium constabat, intermixtis Crucibus Patriarchalibus in honorem Upsaliae: inde scilicet è torque dependebat Icon Servatoris (juxta *Paillotum*) in Ovali figura caerulea, Nomine JESU literis aureis efformato, mediâ literâ sustinente Cruculam erectam: inferiùs verò cernebantur clavi argento & nigro colore picti. Idem Author institutionem ordinis adscribit Magno tertio Regi Sveciae, Anno millesimo trecentesimo trigesimo quarto. Jam non est.

1334. in
Svecia.

Cyprius seu Lusinianus, aliàs Ordo gladij & silentij, circa Annum mille.

1195. in
Cypro.

liz

simum

fimum centesimum nonagesimum
 quintum, conditus esse atq; floruisse
 dicitur. Luziniana Domus creabat
 Equites, quibus de insula Cypro, vel
 Domo Luziniana, vel Ense nomen
 erat. Torques colligabat characteres
 maiores, dependente inde gladio, cu-
 jus vagina argento, capulus auro su-
 perinducebatur, cum symbolo: *pro*
manutenenda iustitia. Paillotus ex Fa-
vino institutionem ordinis adscribit
 speciatim Gvidoni Regi, & delineat
 collare constans fericis funiculis in
 plures laqueos amoris (ut vocant) con-
 tortis, ac literas S. R. aureas, aliquo-
 ties repetitas complectens. Ex his
 dependebat argenteus ensis cum ca-
 pulo auro in ovali figura cum epi-
 graphe; *Securitas Regni.*

Così m'assittono

*Stefano Lusignano nella di lui Genealogia.**Francesco Mennenio fol. 68.**D. Giuseppe de Michieli nel tes: milit. fol. 87.**Il P. Andrea Mendo de Ord. mil. f. 14.**Gio: Caramuele Teolog. Regul. p. 9. epist. v. n. 2427.*